D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

CRIMINALIVM,

TOMVS SECVNDVS.

Num. 47. cap. 2. num. 17.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

D. D. NICOL. RODRIG.

FERMOSINI

HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS,

TRACTATVS SECVNDVS

CRIMINALIVM,

DE INFIDELITATE ET HÆRESI.

Ad Titulos de Iudæis, de Hæreſi, de Schiſmaticis, & Apoſtatis, ſub libro V. Decretalium.

TOMVS SECVNDVS.

Cum Indicibus Iurium, Quæſtionum, & Rerum Notabilium.

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

LVGDVNI,

Sumpt. PETRI CHEVALIER, in viâ Mercatoriâ.

M. DC. LXX.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CAROLO II.

HISPANIARVM NOVIQVE ORBIS, INDIARVM REGI,

MAGNI PHILIPPI IV. FILIO,

Miraculosè nobis à Deo donato, in ſolatium contra tempeſtates hoſtium iam diu ortas, diſſidia comminantes, à tanto Cæſare extinguendas pro communi Pace, ad exaltationem, & propagationem Catholicæ Fidei.

CONSONVM inuocationi exordium videor commentus (Regum Potentiſſime) ſi regia Atalarici Oratione tuam celſitudinem in paucis clariſſimam commendem. Cælo clarius euincis nullis te iam paternis donis adſtrictum, quippe quæ te ipſo compenſaris ad cumulum. *Fructus editus prodit Auctorem, & quidquid à diuinitate meremur de felici prole colligitur.* Ediderit te Regem Genitor, deſtinarit imperio fauſtiſſimo, aſſumpſerit ad ſolium ſublimius: quid? ecquod horum fatorum effugit vices? quid mortalem ſortem triumpha-

Atalaricus *apud Caſſiodorum lib.* 8. *Epiſtol.*

D.D. NICOLAI RODRIGVEZ

FERMOSINI, HISPANI,

EPISCOPI ASTVRICENSIS:

TRACTATVS II. CRIMINALIVM, De Hæreſi, & Infidelitate.

AD TITVLVM, De Iudæis, Sarracenis, & eorum ſeruis.

SVMMARIVM

AD RVBRICAM

1 *Rubrica de Iudæis, & Sarracenis comprehendit Paganos, Agarenos, & gentiles aliosque infideles.*

2 *Iudæi ſunt qui vetus teſtamentum recipiunt, illudque ad literam ſeruant circumcidendo ſe, & alia legalia ad literam faciendo, dicti à* Iuda *duce, vel à* Tribu Iuda.

3 *Iudæorum gentes ſunt ipſi Iudæi, Hebræi, & Iſraelitæ, & à quo Iſraelitæ, quos omnes vocamus Iudæos à perfidia Iudæ Iſcariotis.*

4 *Fide vera tria perſonarum genera carent; Iudæi qui poſt Christum miſſum fidem amiſerunt, pagani ſub quo nomine gentiles, ſarraceni, & alij qui illam nunquam habuerunt.*

5 *Iudæi hæretici non ſunt, & ſi contra fidem ſentiant, & de differentia eorum, impropriè tamen tales dicuntur, vt num. 6.*

6 *Inquiſitores hæreticæ prauitatis in vere Iudæos, qui nunquam Baptizati fuerunt non iudicant ex eo tantum, quod Iudæi ſunt, niſi in caſibus de quibus ſub num. 7.*

8 *Iudaica gens eſt indignior, & abominabilior cæteris gentibus, qua ſui ratione expulſa à Catholicis Regibus.*

9 *Sarraceni, & Pagani dicuntur, qui nec vetus, nec nouum teſtamentum recipiunt, dicti à Sara, vel ab Agar, ancilla Abrahæ, & Matre Iſmaelis, illi ſentiunt, vel à Sarraca Vrbe.*

10 *Sarracenorum nomine intelliguntur omnes, qui Mahometicæ ſectæ inhærent, vt Turcæ, Tartari, Perſæ, Arabes, Ægyptij, Africani, & Mauri.*

11 *Sarracenorum nomine intelliguntur etiã eorum fautores, oppugnantes Chriſtianos actu, vel habitu.*

12 *Paganus dicitur à Pago, eò quòd pagani ſeſe in pagis, & villis abſcondebant.*

13 *Iudæorum ſerui* remiſſiuè.

SVB hoc titulo, & Rubrica de infidelitate Iudæorum, Sarracenorum, Paganorum, & Agarenorum gentiliumque, poteſt agi, & quia ſub *tit. de ſumma Trinitate, & Fide Catholica* dicta ſunt, ac de præceptis veteris legis, & qualiter obligarent inter Iudæos ſub *cap. tranſlato*